



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Susuratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

660 *Sustentatio, Susuratio, Tentatio Dei.*
habitationem paulò honestiorem. Doctori verò excellenti, & filio Baronis, sufficientem esse sustentationem, si se, & quatuor famulos, unum equum, & coquum alere possit, & conductere domum honestiorem. De majoribus Prælatis, Decanis, P. æpositis, filiis Principum, relinquitur alius judicandum.
Hæc Busæus.

Susuratio.

*Vide v. Detrac*tio*, Contumelia.*

I. *Susuratio* est peccatum linguae, quo quis manifestat alterius defectum ad seminandas discordias inter amicos. Et peccatum mortale ex suo genere contra justitiam, continens aliquando plures malitias necessario explicandas in confusione, usq[ue] quando susurro malum, refert ad seminandas discordias inter duos conjuges, ut inde facilius occasionem amittat adulterandi cum altero. Aliquando etiam susuratio excusat potest à peccato mortali ratione indeliberationis & inadvertitiae; vel quando quis manifestat alterius defectum ad dissolvendam perniciosa[m] & periculosa[m] amicitiam, v.g. concubinorum, nullo intercedente mendacio. Ex infurratione consurgit obligatio restituendi, ut per se patet. *tom. 2 de restitutione particulari disp. 2 quest. 6 punct. 1 num. 1. & seq. num. punct. 2 num. 1. & seq.*

T.

Tentatio Dei.

I. **T**entatio Dei est actus contra religionem, quo quis absque justa causa aliquid dicit vel facit ad capiendum experimentum de divina perfectione, ex g. de potentia, de sapientia Dei, &c. ut si imperitus velit absque justa causa concessionari nulla prævia meditatione, seu præparatione, sperans sibi à Deo suggestendos conceptrus, & hæc tentatio Dei manifestanda est in confessione, exprimendumque an fuerit tacita vel expressa. *tom. 2 circa primum Decalogi preceptum, disp. 3. quest. 9. punct. unic. n. 1 & seq.*

2. Committitur autem peccatum tentationis Dei, quando experimentum conjunctum est cum aperto gravis damni p-